

tilium ut constat ex pag. 341. 343. tract. de Prædest.

5 Credere tamen debent fideles se posse à fide desciscere, tract. 2. de Præd. ut & Remonstr. Synod. c. I. de Pers. Positum omnibus, quæ Deus ad non conservandos in fide adhibet, fieri tamen posse dicimus, ut homines non perseverent.

XXII. De Perseverantia.

1 Non recte argumentantur Theologi ex natura satisfactionis Christi eos non posse perire, pro quibus satisfecit: p. 75. coll. p. 68. 69. de poena. Remonstr. de Pers. c. 5. Nec vi meriti & satisfactionis Christi, nec vi intercessionis: in Coll. Hag. Synod. de morte Christi: c. 6. & c. I. Non impetravit morte suæ Christus gratiam perseverantiae nobis, sed est mandatum & conditio moralis N. E. Coll. Hag. p. 343. 347.

2 Gratia qua perseverant homines concipi debet non tanquam virtus aliqua, & efficacia extra voluntatem actu volentem, eamque è potentia in actum moventem. p. 312. tract. Remonstr. Synod. de Pers. c. I. Non agnoscimus ullum vel intrinsecum principium (ex. gr. gratiam regenerationis, & fidei, Joh. 4. 14.) Unde duratio fidei necessitate consequens (i. e. ut effectum) fluat, vel extrinsecum, seu decreti absolute conservantis. 1 Neque enim de veræ fidei essentia (sc. consecutiva, ut proprietas aliqua) est perseverantia, c. 3. de Pers. ibid. 2 Neque ex ordinatione Dei gratia regenerationis & fidei sunt principium æternæ durationis, possunt eam excutere seu abjecere homines, si velint. Coll. Hag. c. II. de Pers. Perseverantia non est donum fidelibus infusum. ibid. p. 343. Voluntas sola est causa physica perseverationis, Rem. ad Wal. perseveranter enim agendo perseverat. Coll. Hag. 406.

F 3

3 Gra-